Quelle:
Copyright:

propter dilectionem nimiam. Eadem recentior manus, quæ supra in legem Pomponii scripsit, etiam hic restantibus 3 paginis quædam adjecit, nempe: "Incipit Suma de agricultura et censitis secundum Dominum Pandinum", quæ ita inchoat: "quum in præfatis Rubricis tituli dictum sit de his ecl." Sed hæc Suma, forte ob defectum membranæ, incompleta est.

De Azone ita Trithemius l. de Script. eccles. cap 427.

"Azo natione Italus est Bononiensi civitate ordi"tus vitae originem, Joanis Bosiani Cremonensis viri "doctissimi quodam auditor, atque discipulus, juridi"cibus famosissimus interpres, fons legum, copia "verborum, lucerna juris, qui sua editione et sci"entia omnes Juristas, qui eum processerant, facile processit, multa ad jus civile pertinentia opus"cula edidit, quibus laudem et gloriam immortalem "acquisivit." Alii eum è vivis excessisse ao 1200, alii ao 1230 adhuc vixisse ajunt. Vid. etiam Freher. Theatr. viror. illustr. pag 782. Mich. a. S. Jos. T. I. p. 428. Fabric. Bibl. lat. med. et inf. at. T. I. p. 160. Struvii Cremona lit. ~~Pag~~ P. I. p. 90. Scripta Azonis juridica Venetiis impressa adducit Cl. Denis in Supplem. ad Maittaire pagg. 260. 402. 498. 499.